

**Velocitatem ac tarditatem motus planetæ
auscultare. Canon VIII.**

Tabella mediorum motu
um planetarum diurn.

Velox autem motu planeta dicitur, dum secundum signorum consequentiam, motus uerus uelocior est medio eius motu. Econtra tardus dum retrogradè mouetur, aut tardius quam medio eius motu progrederetur. Id autem depræhenditur, si ex ephemeride motum cuiusvis planetæ diurnum elicueris, eumque cum medio motu eius in tabella mediorum motuum diurnorum planetarum comparaueris.


	gr.	m.	s.
☿	0	2	1
♀	0	4	59
♂	0	31	27
⊕	0	59	8
♀	0	59	8
♂	0	59	8
⊕	13	10	36

An auctus uel minutus lumine & numero sit
planeta. Canon IX.

Dum planeta à Sole, uel Sol ab eo recedit, auctus lumine dicitur. Minutus autem cum ad Solem, uel Sol ad eum accesserit, ut infra.

Aucti Lumine Minuti.

Recessus Solis à tribus superioribus.



Accessus Solis ad tres superiores.

Auctus